

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9

Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

* APPENDIX.

[From MS. 197, Corpus Christi College, Cambridge, p. 130, ad calc.]

ISTO anno circa Purificationem beatæ Mariæ disrupta fuit magna pars pontis Roucestre; fuerat quidem glacies immensa quæ postmodum tepido aere resoluta mole suarum partium ponti incumbentium pontem confregit. Dominus de Latymer vitam relinquens temporalem mundo valefecit; hic denique per dominum Robertum Halys invitatus ad epulas de equo volens descendere subita paralysi raptus sermonem perdidit et mortem invenit. Eodem anno pridie Idus Junii coadunata fuit maxima multitudo ruralium Estsexiæ pariter et Cantia; et hi quidem qui de Cantia per plures partes Cantia, uti rabidissimi canes discurrentes plurimorum domos et maneria solotenus diruerunt, nonnullos decapitaverunt et quosque sibi occurrentes, qui de eorum conturbine non fuerant, ut eis adhærent et cum eis in defensionem regis Ricardi interposito juramento constringebant, prætendentes se defensuros regem et regni commoditatem contra suos traditores. Quare concrecente eorum turba longe lateque debacchabantur; magistrum Simonem de Sudbury, tunc archiepiscopum pariter et Angliæ cancellarium, proditorem esse asserentes et morte dignissimum; unde ad manerium suum de Lambhuth descendentes libros vestes mappas et plura alia inibi relicta igne combusserunt; dolia vino referta confregerunt et hauserunt et quod vini fuerat relictum in terram effuderunt: singula coquinæ vasa adinvicem collidentes fregerunt

A.D. 1381.
Death of
Lord Laty-
mer.

Ignobilis
turba rusti-
corum sur-
rexit.

MS. p. 131.
A rising in
Kent.
Cf. Walsing-
ham, i. 454.

The insur-
gents attack
the arch-
bishop's
palace at
Lambeth.

* For an account of this Appendix see Introduction.

Ro 8947.—APP.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

et ista perpetrantes velut de re laudabili plaudentes
 “ A Revell, A Revell,” exclamaverunt. Acta sunt
 hæc pridie idus Junii die videlicet Basilidis et Cirini
 quæ dies tunc erat vigilia Corporis Christi. Interea
 archiepiscopus manibus se quærentium comprehendi
 timens in regium fugit palatium, deinde ad regem in
 turrim Londoniæ.

The arch-
 bishop takes
 refuge in the
 Tower.

In crastino vero agrestis illa societas totum stimulata
 in rabiem hora quasi quarta post nonam hospitium
 ducis vocatum “ le Savoye ” invaserunt, omnes clausuras
 dirumpentes, nihil quod pretiosum erat parcentes quin
 illud aut igne combusserunt aut in Thamense flumen
 demergendum projecerunt. Cernerer ibidem rem nostris
 seculis insolitam, nam dum pretiosissima cernerent trac-
 tarent et colligerent non audebant rustica manus pretiosa
 furtivis manibus surripere, quia si quis in aliquo furto
 fuerat deprehensus sine processu sine iudicio ad mortem
 rapiebatur decapitandus. Nec ista facientes satiati
 fuerunt vindicta, quin ignem in pluribus locis immit-
 tentes tam speciosum locum tam insigne hospitium in
 cineres redigerent. Supra hoc in sequente noctis cre-
 puscule ad locum sancti Johannis de fonte clericorum
 pergentes quosque sibi resistentes interfecerunt, uni-
 versasque domos igne consumpserunt sed et manerium
 de Hybury, quod noviter construxerat Robertus Hales
 tunc temporis loci prior et Angliæ thesaurarius, et alio-
 rum maneria flammis voracibus delenda tradiderunt.

Attack on
 the Savoy,
 the palace
 of the duke
 of Lancaster
 Cf. Wals.
 i. 457.

And on the
 hospital of
 St. John's
 at Clerken-
 well.

And on the
 manor of
 Highbury.
 Cf. Wals.
 i. 458.

Ista ergo videntes tam archiepiscopus quam thesaura-
 rius Angliæ et ex talibus principibus deteriores fines
 aucupantes et de vita sua desperantes in turri Lon-
 doniæ cum rege latuerunt. Tandem hoc cernens illa
 turbulenta et tumultuosa turba ruralium petiverunt ut
 rex ad eos accederet, tanquam colloquium habituri cum
 rege et per regem negotio tractaturi; sed metuentes

The insur-
 gents de-
 mand a
 conference
 with the
 king.

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

APPENDIX.

3

tam archipræsul quam thesaurarius ne regi et regno cederet in damnum si illa furens turba postulata obtineret non permiserunt regem ad eos accedere, unde cumulato furore agitati ad turrim Londoniæ impetuose accesserunt et dicti turris minabantur ruinam nisi ad eos rex accederet suis petitionibus satisfactorus. Videns igitur rex eorum insultum ac improbam eorum audaciam annuit petitioni eorum perrexitque ad locum qui Anglice vocatur "Mile ende," ubi illa agrestis multitudo congregata instantissime postulavit a rege sibi omnimodam libertatem donari, et cujuscunque delicti contracti, ratione illius commotionis seu alicujus alterius rei, usque ad illud tempus concedi indulgentiam. Timens rex ne si postulata non concederet ex negatione perveniret detrimentum furentis vulgi cessit precibus optatam eis annuens libertatem forisfactorumque indulgentiam. Interea dum ista agerentur pars funesta villani coetus ad turrim Londoniæ accessit extraxitque archipræsulem et thesaurarium et quendam fratrem Minorem chirurgicum domini ducis Lancastriæ et in Monte turris adductos et quendam Johannem Leeg clavigerum regium et alium ibidem decollaverunt. Facta fuit hæc decollatio xvij. kalendas Julii hora xi. Tandem caput archipræsulis et ceterorum in palis fixentes per diversos Londoniæ vicus portaverunt tanquam de ingenti victoria gratulantes, ipsaque capita super pontem Londoniæ ponebant; sacratum caput archiepiscopi in medio et eminentiori loco fixerunt et, ut specialius a ceteris capitibus agnosceretur, capellam rubeam super caput cum clavo fixerunt.

They threaten to attack the Tower of London.

The king meets them at Mile End.

and yields to their demands.

Part of the rebels enter the Tower, and seize and behead on Tower Hill the archbishop and several others. Cf. Wals. i. 461.

Nec in his malis quemlibet eorum furor mitigatus a cæde retraxit, sed etiam transierunt per ripas Thamensis fluminis quo Flandrenses maxime morantur, omnes Flandrenses repertos sine indicio et sine causa decollaverunt.

They attack the settlement of the Flemings, and slay all of them. Cf. Wals. i. 462.

A 2

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9

Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

Videres enim congeries corporum in plateis et per loca diversa truncos occisorum corporum jacere. Taliter hunc diem consumpserunt solum neci Flandrensiū vacantes.

Attende quod isto die nitebantur ærarium regium spoliare apud Westmonasterium.

Indecision of the people of London.

Doluit interea rex, et consilium maxime in tali temporis articulo periit a sapiente, sed et tota civitas Londoniæ in seipsa confusa et aliquantum, ut a multis putabatur, in seipsam divisa quid ageret non cernebat. Aegre namque toleravit agrestis turbæ tumultuationem et invasionem, tum in occisione civium, tum in consumptione sine recompensatione victualium, tum in destructione ædium, rusticorum aggressionibus resistere cupiens, obstare non valens vel audebat, formidabat quidem si invalescentibus servis resisterent communes tanquam suorum fautores cum servis contra reliquos civium insurgerent; sicque tota civitas in seipsam divisa deperiret. Quievit igitur civitas suæ salutis dubia rerum gestarum exitum cum formidine expectans.

p. 132.

Further excesses of the rebels.

In crastino quippe, quæ dies sabbati erat, sæpe nominata turba more solito omnes penes quos ira movebantur diligenti indagatione inquirebant apprehensos decapitabant; inter quos quendam Ricardum Ymmeworthe senescallum de Marchalsie, ad ecclesiam Westmonasterii causa suæ salutis confugientem, et columnas feretri amplexantem, violenter a tam sacro loco extraxerunt et extractum sine aliquo iudicii processu decollaverunt in medio Chepe. Sed sanctus Edwardus irrogatam sibi injuriam citissime vindicavit in suæ sanctitatis exaltationem et regni consolationem. Nam post horam ejusdem diei nonam rex, in tanta rerum turbine concomitantibus dominis et militibus cum multo civium equitatu ad Westmonasterium causa orationis, accessit divinum ad feretrum prædicti regis imploraturus auxilium ubi humanum omnimodo defuit consilium. Unde accedenti propius portæ monasterii conventus proces-

They slay the warden of the Marshalsea.

Rex venit ad Westmonasterium.

A procession of monks to meet the king.

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

APPENDIX.

5

sionaliter ibat in obviam. Rexque equo continuo descendens flexis genibus crucem quæ ante conventum ferebatur devote cum lacrimis osculatus est. Dein ad feretrum gloriosi regis Edwardi accessit, moram ibidem in oratione pertrahendo. Videres ibidem dominos milites armigeros aliosque innumeros pia devotione contendere quis ante alium sanctorum reliquiis ibidem repositis prius offerret, quis profusius lacrimas in oratione perfunderet. Nec defuit devotis oratoribus, meritis sui sancti regis Edwardi, divinum præsidium; surgentes ab oratione singuli quandam spem et confortationem boni eventus conceperunt. Sicque animati ad civitatem equitaverunt et ad locum qui 'Planus campus' vocitatur perrexerunt colloquium habituri cum duce villanæ turbæ. Is enim cum innumera rusticorum multitudine ibidem regium præstolabatur adventum ut a rege emendatiorem obtineret de libertate cartam. Dispicuerat enim eis carta per regem primitus concessa.

The king prays at king Edward's tomb.

The king and his retinue return to the city, and in Smithfield there is held a conference with the leader of the insurgents.

Accessit igitur rex cum suis, et assistente majore Londoniæ Willelmo Walworth, fit a Johanne tegulatore duce præfatæ multitudinis cum rege de relaxatione servitutis tractatio, sed nefandus dux, dum plura pro rusticorum libertate haberet colloquia, nullum quem debebat regiæ majestati exhibebat honorem sed potius capite operto vultu minaci verbis audacissimis in facie regis aggressus est. Sermonem ejus, temeritatem improbam et temerariam improbitatem cernens ipse major in hoc potissime consistere, quod nullam regi ut subditum decuit præbebat reverentiam talem intulit affatum.

Demands of John the tiler. Cf. Wals. i. 464.

"Cur, inquit, regi tuo nullam exhibes reverentiam?" At ille indignanter verbum assumens, "Nullus," inquit, "regi per me ministrabitur honor," subintulit major "et ego te arresto." Et ille extracto cultello majorem nitebatur percutere. Unde major in ipsum irruens

The mayor of London rebukes the tiler.

The tiler aims a stroke at the mayor.

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9

Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

The tiler is slain and the crowd is disheartened. Cf. Wals. i. 465.

Address of the king.

The mayor calls the citizens to arms. Cf. Wals. i. 465.

The insurgents ask for mercy.

They disperse.

Anno Ric. v^o.

The king, with soldiers, goes into Essex, near to Brentwood, where the insurrection began.

gladio perforavit, aliusque armiger qui affuerat apprehenso capite iniqui ducis ad terram de equo dejecit. Ceciditque virtus spes et fiducia rusticorum et exclamante tota servili turma "occiditur primicerius noster," respondit rex "Silete," inquit, "ego sum vester rex, vester dux, vester primicerius, et si qui ex vobis mihi adhærent exeant statim in campum."

Interea strenuus ille major citissimo gressu equitavit in urbem jubens omnes et singulos quatinus arma capere et in regis defensionem quam cito possent in campos transirent. Paruit statim majoris imperiis generosa civitatis communitas et ad arma ruens, nunc per unam portam, nunc per aliam, turmatim egrediens in campum in regis auxilium citissime currunt, rusticamque multitudinem undique circumvallentes eorum minitabantur internecionem. Igitur videntes se undique circumseptos armatorum manu ac mortis imminere periculum arma fustes arcus sagittas et quæque defensiva projicientes corruerunt in terram regis elementiam pariter postulantes ne reos puniret suppliciis dignos sed potius demerentibus misericordiam impertiret. Tandem concessit rex indignis indulgentiam, civilis sanguinis effusionem abhorrens, et jussit ut unusquisque ad sua remearet ipsa nocte, comminans unumquemque infra urbis mœnia repertum pœnam capitalem subiturum. Obtenta tali modo regia benignitate recessit turba illa paulatim diminuta dum unusquisque ad sua revertitur.

Post hæc et alia hujus tempestatis tormina convocat rex omnem suam militiam et circumdatus manu armata in partes Estsexiæ proficiscitur rebelles castigaturus. Per hos enim qui Estsaxiam inhabitant juxta villam quæ "Combusta silva" nominatur et villulas circumjacentes inchoata fuerat ista servilis turbatio,

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

APPENDIX.

7

quare non obstante regia indulgentia iterato adunati resurgere statuerunt. Sed rex eos invadens plurimos occidit in rubetis in segetibus corpora occisorum relinquens. E quibus plurimi erant suspensi et plures eorum videntes ex eorum rebellionē pervenire incommodum in abdita silvarum fugerunt. Castigatis ad unguem ipsis partibus hujus commotionis fautori- bus revertitur rex Londoniam, quo paululum moratus, transivit ad civitatem Verolamiam quosdam ibidem dissidiosos castigaturus. Quo adveniente et in monasterio sancti Albani moram trahente suggestum fuerat per abbatem loci ejusdem et per priorem quod plures et nobiliores de villa huic commotioni assensum prae- buerunt et proposuerunt destruxisse funditus monas- terium; quare suspensi fuerunt nobiliores villæ ejus- dem unde plures doluerunt.

Crushes the instigators of the insur- rection.

He returns to London and then goes to St. Albans. p. 133.

On the way he takes ven- geance on the enemies of the abbey of St. Albans. Cf. Wals. i. 467-484.

Interea capitur in villa Coventriæ quidam Johannes Balne presbyter, presbyterali per omnia indignus charac- tere, et ad villam sancti Albani adducitur. Hic enim prædicabat per villas diversas Angliæ ea quæ vulgum in hanc conjurationem summe stimularent. Quare perductus coram iudice, nil quantum ad hoc quod talia prædicaverat quæ plebem commoverent negans, morti addictus suspensus et distractus est et postea in quatuor partes divisus, ejus caput super portam de Ludgate est affixum. Videres tunc regium justi- ciarium ubique residere et de hujusmodi conspira- toribus inquirere et quoscunque reos sine dilatione suspensioni adjudicare. Tunc furcæ erigebantur ubi prius non erant quia damnatorum corporibus non sufficiebant jam erectæ. Multi hujusmodi com- motionis conscii fugiebant ne comprehensi cum aliis amara morte subirent. Horruit vulgus videre tot corpora visui solis exponi suspendio, doluitque videre indigenas quasi exules natale solum relinquere. Nec in his pœnis reis infictis quoquomodo mansuescere

Of John Balne (by Walsingham called *Balle*). Cf. Wals. ii. 32.

His preach- ing and execution.

Numerous executions, and terror inspired thereby. Cf. Wals. ii. 40, 41.

Reflections
on these
events.

videbatur regiæ censuræ rigor, sed magis insontium pœnas aggravari. Quare plurimis visum est quod in consimili eventu potius regia benignitas uti deberet clementia quam vindicta, et videntes pœnis dignissimi quod superabundaret gratia ubi abundavit delictum suis conjurationibus imponerent terminum. E contrario nonnulli in cumulum damnorum conspiratores pœnarum tormenta cumulare summæ justitiæ decretum esse dicebant, ut dum hi condigna pro factis gustarent supplicia consimilibus essent in exemplum talia non agendi.

An executioner's
block
erected in
Chepe.

Sed dum harum rationum in pendulo maneret sententia manus vindex adeo extensa est quod truncus ligneus cum securi in medio Chepe positus erat in expeditionem amputationis capitum damnatorum. Nam pro qualitate maleficii discreta damnationis subiere decreta unde alii patibulis affixi sunt, alii decollati, alii distracti, alii horum tormentorum cumulo puniti. Amicis quoque Flandrensiū, qui secus Tamenses ripas lares fovebant, qui etiam campestris turbæ manibus neci tradebantur, pro eorum voto interfectores suorum carorum animadverti concessum est, in tantum quod uxoribus interfectorum occisores maritorum largita est decollandi potestas. Dum ergo plena reorum corporibus non parceret sed in dies magis cresceret in malorum interitum cœperunt plurimi corde indurescere et in conjurationis fomentum animum revocare et congregati in silvarum saltibus per advenientium incrementum eorum conventicula augebantur. Nullum enim sentiebant remedium quo diri leti declinarent incursum. Quare magis eligerunt collatis viribus persequentium gladiis magnanimitate interire quam avidæ taxationis servituti colla subicere seu patibulorum jugulo vitam terminare.

The friends
of the slain
Flemings are
allowed to
take ven-
geance
on the in-
surgents.

Dread of
punish-
ments so
severe causes
new gather-
ings of mal-
contents.

Tacitus interea subintravit huic errori error per omnia pejor qui civilis discidii scintillas magis obtegeret quam extingueret. Plurimi namque cernentes nullorum mise-

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

APPENDIX.

9

reri quos conjurationis macula aliquo modo infectaret
 his singulis erga quos canescentis odii malitia move-
 bantur tanti maleficii crimen imponebant ut vel tali
 objectionis titulo diu affectatam in hos quos oderant
 explerent vindictam. Sceleris itaque accusatus horum
 trium alterum subire cogebatur. Aut enim seipsum uti
 innocentem purgabat duodenæ decreto, aut ut convictus
 infami adjudicabatur suspendio, aut ut citius mortem
 evaderet onere gravissimæ militiæ depressus perfidi
 accusatoris satisfacit per singula voto. Taliter effrenata
 cupiditas opportunitatem captans ex tempore exquisitis
 fraudibus non solum mirum lucrandi adinvenit com-
 pendium, sed et invidiæ suæ solatium plurimorum
 exterminium per commotiones prætextu insontes mul-
 tians aut damnans. Sed talia exequi parum erat videre
 secularium versutias cum pari tergiversatione vaga quo-
 rundam religiosorum levitas utpote seditionis reos
 incusaret proprios ea tempestate prelatos. Virus hujus-
 modi damnosi criminis adeo canonicorum animos inva-
 serat, quod nonnulli eorum pauperiores accusatorum
 instantia cogebantur Westmonasterium fugere ad asyllum.
 Miserum erat intueri, zeli voto faventibus pœnis, servum
 dominum accusare, civem in sibi conterminum insurgere,
 uxorem damnare maritum, dominæ ancillam minari et
 subditos disruptis tollerantiæ frænis suos inordinate
 calumniare rectores. Horum in cumulum accessit ma-
 lorum tanti nefas diuturnitas nec finem captans ex
 tempore.

Many use the occasion for carrying out their private vengeance.

Courses open to the accused.

Some prelates accused by members of religious orders.

Abundance of accusations.

Perpendens igitur regalis clementia ex cupiditatis adinventionibus totius civilitatis imminere iacturam, provido senatorum consilio decrevit quod deinceps nullus pertacti facinoris accusatus aliter legalium pœnarum tormenta subiret nisi prius trium duodenarum sententia damnaretur. Concessit insuper rex ex sua

A decree that none shall be punished except they have been condemned by three juries. p. 134.

Cambridge University Press

978-1-108-04858-3 - Polychronicon Ranulphi Higden, Monachi Cestrensis: Together with the English Translations of John Trevisa and of an Unknown Writer of the Fifteenth Century: Volume 9
Edited by Joseph Rawson Lumby

Excerpt

[More information](#)

The king grants indulgences except to the principal insurgents.

pietate munifica universales indulgentias conjurationis obnoxiiis ipsius commotionis duntaxat exceptis auctoribus pariter et aliis quos cædis aut incendiarum labes multifarie resperserat.

Council at Radyng.

Nonis Augusti accitis totius Angliæ magnatibus rex tenuit consilium suum Radyngiæ in quo fuit electus cancellarius Angliæ dominus Willelmus Courteneye episcopus Londonensis et thesaurarius dominus Hugo Segrave miles. Fuerat eodem mense Oxoniæ hominum mortalitas et Londoniæ subsequenter, sed maxime

Great mortality.

puerorum et puellarum. Circa festum sancti Dionysii celebravit rex consilium suum in castro de Berkhamptede ad pacificandum ducem Lancastriæ et comitem Northumbriæ. Hi quidem ex certis causis aulicum ante ferales inimici effecti sunt. Quare studuit rex interne mente diligenter magnatorum animos ira retortos ad rectitudinem unitatis et pacis revocare ne dissidentium duorum invalescente rancore nondum penitus sopitæ conjurationis scintillæ in destructivas totius regni succrescerent flammæ. Sed casso labore fatigata dominorum sedulitate in æqua vel in majori inimicitia discesserunt. Subsequenter comes prænominatus Londoniam accessit et Londoniensium captans benevolentiam interveniente juramento civis effectus est. Nec sine causa irarum, namque incendia quæ dudum Londoniensium animos contra prætactum ducem in immensum calefacere ex inito fœdere sumebant argumentum. Metuens igitur dux magnanimitatem comitis, et inter hunc et Trinovantanos firmatas amicitias ad parlamentum apud Westmonasterium, die lunæ post festum omnium sanctorum celebratum, in fortitudine quingentorum armatorum accessit. Cujus facti ratione Londonienses singulas urbis suæ portas robustissima manu armatorum custodierunt in quarumcunque venellarum introitu ex transverso positis repagulatoriis ne

Council at Berkhamptede.

Dissensio inter ducem Lancastriæ et comitem de Northumberland.

The king vainly tries to reconcile the duke of Lancaster and the earl of Northumberland. Cf. Wals. ii. 43, 44.

The earl made a citizen of London. Cf. Wals. ii. 45.

The duke comes to the parliament at Westminster with armed attendants.

The gates of London guarded and closed.